



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Vitale deliquium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXXV

AMOR DEI,

Vitale deliquium.

O Dulce, & optabile deliquium, quod mortuum es mortis, sed vitæ: non es mortale deliquium, sed vitale: non es defectio Naturæ, sed abundantia & redundatio Gratiæ! *Concupiscit, & deficit anima mea in atriâ Domini.* Crescit desiderium cordis, & affectus erga terram.

Nec tamen sum contentus deliquio amoris: est etiam deliquium doloris, in pœnitentiâ, & contritione peccatorum meorum. *O utinam te nunquam contempserim!* Amor, tui boni Deus meus, exhilarat, & in malo tuo contristat.

Neque ista deliquia mihi sunt satis. Velle enim vitam meam esse in deliquio: in deliquio mundi, deliquio carnis, deliquio voluptatum, deliquio sensuum, deliquio honoris, famæ, desiderii creaturarum contentum: ut solum summum Bonum, solum increatum Bonum, solum infinitum Bonum, cum continuo amoris ardore regnaret in meo corde. Quidquid pulchri & boni in mundo, fallax est, obnoxium est defectui deliquio. Ergo sursum corda. Tantum æterna sunt veri cibi, qui possint satiare animam meam.

CONSIDERATIO XXXVI

AMOR DEI,

Amor aut pati, aut mori.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. (*Cant. 2.*) Si mihi negatur Mori, concedatur. Dum non morior, fulcite me floribus: recedat, corroborate me floribus dolorum. Fulcite me malis, stipate me doloribus, stipate me malis. Circumdante fructibus Crucis, diversorum cruciatuum.

Aut pati aut mori. Amor non aliud desiderat, quam videre rem amatam. Sed si hoc non datur, supplet patientiam.